

Christoph Sonntag Johann Michael Sonntag

De Verbis Hebraeorum Praegnantibus : Altdorfi[i] d. 25. Aug. MDCXCVII. ordine circulari disquirent, eorundemque nonnula, alphabetice digesta, exhibebunt

[Altdorf]: Literis Kohlesianis, 1697

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742546519>

Druck Freier  Zugang



Clc-2781⁴

is

DE
VERBIS HEBRÆORVM
PRÆGNANTIBVS

ALTDORFI d. 25. Aug. MDCXCVII.

ordine circulari disquirent,
eorundemque nonnulla, alphabetice digesta, exhibebunt

PRÆSES

CHRISTOPHORVS Sonntag

SS. Theol. D. P. P. prim. & Eccl. oppidanæ

Antistes,

ET RESPONSVRVS AVTOR

M. JOHANNES MICHAEL Sonntag/FIL.

LITERIS KÖHLESIANIS.



IC- 2781 4



I. N. J.

§ 1.



Hebræam linguam compendii esse amantem, multa-
 que paucis identidem referre, non opus erit, ut
 operose adstruatur. Etenim, si forulos omnium
 reliquarum linguarum vel transcursorio, quod
 ajunt, oculo excusserimus, sole meridiano clarius patebit, si illam
 linguam id tribus dicere verbis, quod aliæ longis verborum
 formatibus exprimunt, ita quidem, ut nihilominus facta te-
 ctaque remaneat ipsius perspicuitas. Qua de causa operæ
 pretium esse duxi, si, isthunc Hebræorum τῶν βραχυλόγων idio-
 tismum exemplo haud spernendo dilucidaturus, ad levidensis
 cujusdam disquisitionis, aleam revocarem VERBA PRÆGNAN-
 TIA, quæ passim in sacris obviant. Vfus autem præfertim sum,
 si quidem a versione Junio-Tremelliana discessero, in illorum colle-
 ctione autoribus, Philologiæ sacræ Daumviris, Geiero atque
 Glassio, quibus passim docentibus, *verba prægnantia sunt illa,*
quorum unumquodque brevitatibus causa pro duobus ponitur. Ita
 generatim id, quod concepimus animo, definitum esto.

§ 2. N. Ut ergo hic noster labor ordinis legitimi commo-
 dique decurrat cancellis, descendemus hic ad seriem Alphabe-
 ticam, totidemque literas tangemus, quot quidem nobis ejusmo-
 di verba pro tempore fere suppeditant. Primum autem, quod
 EX PRÆGNANTIBUS se offert verbis, esto **וְאָמַרְתָּ** locutus est.
Psal. CXXXIX. v. 20. וְאָמַרְתָּ וְאָמַרְתָּ qui loquentur de Te, i. e. qui
 loquendo Tibi convitium faciunt, nomenque Tuum sibilis pro-
 scindunt. Prægnantiam (liceat ita loqui) hujus vocabuli
 vidisse videtur Junius, ubi ita vertit: *Qui obloquuntur tibi.*
 Imo uti in vernacula nostra vocabulum loqui ad varium deter-
 minaveris iensum; ita etiam in Hebraicis & Græcis multiformem
 induet significatum. Ut enim in allegato loco **וְאָמַרְתָּ**

תֵּן CON-

to convitiari supponit ; Ita plane contrariam induit faciem
Psal. XCIV. v. 4. וְהִיאֲמַרְוּ *verbis prædicabunt se.* Et *Jes. LXL. 6.*
 וְהִיאֲמַרְוּ *summe prædicabitis vos.* Subinfert porro sæpius in sa-
 cris aliquod mandatum. Ita *Jona II. vers. 11.* וַיֹּמַר יְהוָה לְרִגְוֹ
 & dicit Deus ad piscem, i. e. mandavit ipsi, ut evomeret Jonam &
 perinde, ac *Matth. IV. 3.* Dic, ut lapides isti fiant panes, i. e. di-
 cendo jube, ordina, impera. Quem eundem significatum etiam
 sustinet *Esther. I. vers. 10. 11.* Plurima evolvere exempla hic, quæ
 mihi figitur, arca angusta chartæ prohibet ; adeoque unicum
 illud addo, quod usus hujus ultimi significatus apud Arabas
 maximus obtineat, uti hæc abunde demonstrat Schindlerus
Pentaglott. p. m. 94.

§. 2. ב. Litera ב fitit nobis verbum בָּקַע scidit ; scinden-
 do sive irruendo pertransiit. *Paralip. XI. v. 18.* & *2. Paralip.*
XXXII. 1. cogitavit לְבַקְעֵם אֵלָיו *discindere eas, urbes muni-*
tas, scilicet, discindendo eas, seu divellendo a regno Juda, sibi ad-
jungere. Eandem significationem id vocabuli subit *Esaiæ LIX*
vers. 8. Tunc בָּקַע יְרֵךְ *rumpetur quasi aurora lux tua, i. e. rumpendo*
tenebras maxime clarebit. Subscribere huic explicationi vide-
 tur Targum, quando ita dicit : יתגלי *revelabitur, apparebit.*

§. 3. א. In hac litera obviat radix נָאֵל *contaminavit.* *Esræ II.*
vers. 62. וַיִּנְאֲלוּ & *polluti sunt a sacerdotio, i. e. ceu polluti a sa-*
cerdotio sunt dejecti. Lutherus vertit : Darumb wurden
 sie von ihrem Priesterthum los. Eundem locum iisdem
 pene verbis recoquit *Nehemias cap. VII. vers. 64.* ubi ait :
 אֵלֶּה בָּקְשׁוּ כְּתָבָם הַמְּתִיחִים וְלֹא נִמְצְאוּ וַיִּנְאֲלוּ מִן הַכֹּהֲנָה
Hi quasi verunt scripturam suam & lineam generationis, sed non
sunt inventi: ideo tanquam polluti, inquinati, contaminati, repu-
diati a sacerdotio fuerunt.

§. 4. ו. Suggestit nobis hæc litera primo radicem וָבַק *ad-*
hæsit. Extat in *II. Geneleos vers. 24.* ubi וְרַבֵּק בְּאִשְׁתּוֹ i. e.

Vir adhaerebit i. e. adherendo sequetur viram suam. Sic etiam
 evolvitur eadem radix *Psal. LXIII. v. 9.* אֲדַבְּקֶהָ *adhaeret anima*
mea tibi, i. e. adherendo te comitatur, tecum hospitatur, tecum
rufficatur &c. Gemella quoque ratione usurpatum videbis hoc
 vocabulum *Psal. LXVI. v. 14.* Superest vero in hac litera etiam
 radix אֲדַבְּקֶהָ *quasi vit. Esaiæ XI. vers. 10.* Ad eam (radicem Isai)
 gentes יִרְשׁוּ *requirent, i. e. requirendo ad eam venient.* Sic
 audit, sub prægnanti scilicet significatione, *I. Paralip. X. vers. 14.*
 לֹא דָרַשׁ בְּיְהוָה *Non quasi vit Saul Dominum, i. e. querendo*
ipsum non accessit arcam Domini, sed querendo potius accessit Py-
thonissam.

§. 5. ה. Neque possumus hic intactam transmittere literam
 ה. Illa enim nobis vocabulum הִלֵּךְ proponit. Significat au-
 tem *ambula-vit*, atque occurrit in conjugatione Hithpael
Genes. V, v. 22. וַיִּהְיֶה הֵנוּךְ אֶת-הָאֱלֹהִים. Hic Targum vide-
 tur plus, quam unam significationem propriam, invenisse,
 quandoquidem reddidit: *וַיִּהְיֶה הֵנוּךְ בְּרַחֲמֵי דְיָ. h. e. Et*
ambulabat Henoch in timore Domini.

§. 6. ז. אֲדַבְּקֶהָ *maçtabit. לא תֹּכַח non maçtabis sanguinem*
sacrificii mei, Exod. XXIII, 18. i. e. maçtando non effundes. In
 hac significatione videtur etiam *cap. XXXIV. v. 25.* accipi.
 Sic non tantum *MAÇTAVIT* notat; verum etiam ex *PÉCVDE*
MAÇTATA CONVIVIVM PARAVIT Genes. XXXI, 54. Plu-
 res occulit notiones multis aliis in locis, quæ hic nobis Læo-
 nismi studiosis inferere & tempus & charta prohibent. In hac
 eadem litera versatur etiam vocabulum זָנָה scortatus est.
Num. XXV. v. 1. לְזָנוֹת *scortari cum filiabus Moab, h. e. scor-*
tando seu scortationis causa eis se adungere. Ita etiam erit ex-
 audiendum *Ser. III, v. 8.* וַתִּזְנֶה *scortata est, i. e. scortando*
cum idolis a me defecit. Nihilosecius *Psal. LXXIII, v. 27.* *Ex-*
scinde

scinde **מִמֶּךָ וְיֹנָה** scortantem ate, i. e. scortando te deserentem. In eadē litera ו obviā venit radix **וּוּל** vile esse, vilipendere, Esaiā XLVI. v. 6. **הַוִּילִינְדֵּנְתֵּם אֶזְרוֹתֵיכֶם מִבַּיִם** vilipendentes aurum de crumena, h. e. Vilipendentes illud prodige diffuderunt &c.

§. 7. **חָלַל** profanavit. Psal. LXXXIX. v. 40. **Detestatus es fœdus seruitui, חָלַלְתָּ אֶת־הַלְּלִיתָ** profanasti in terram coronam ejus, h. e. profanando dejecisti in terram. Sic etiam Psal. LXXIV. v. 7. Excipit hoc verbum radix **חָתָה** cepit, accepit. Proverb. XXV. vers. 22. **פְּרֻנִּים תִּחַתְּ אֶת־חֵדָּה** accipis super caput ejus: h. e. accipiendo **σωρεύεις** seu cumulate imponis super caput illius. Conf. Rom. XII, 20. Ita quoque Ps. LII, 7. **יִחַדְךָ** desumet te, h. e. Sumendo te radicitus tollet funditusque eradicabit. Sequitur in hujus literæ ambitu verbum **חִשַׁק** amavit. Es. XXXIIX. vers. 17. **וְחִשַׁקְתָּ אֶת־אֲנִימָא** amasti animam meam ex fovea consumptionis, h. e. ex amore seu propensione illa, quæ erga me traheris, eduxisti animam meam ex fovea. Superest adhuc vöcabulum **חָרַג** tremuit, trepidavit. Ps. XIIIX. vers. 46. **וְיִחַדְנוּ** & trepidabunt e latebris suis, h. e. trepidando procedent. Confine huic 2. Reg. IV. v. 13. **וְיִחַדְנוּ אֵלֵינוּ** trepidasti pro nobis, h. e. trepidando nostram egisti curam.

§. 8. **יָרְשׁוּ** Jure hereditario possedit, Psal. XLIV. v. 4. **יָרְשׁוּ** possederunt, i. e. expugnando possederunt. Ita De. ut. IV. vers. 1. **וְיָרְשׁוּ אֶת־הָאָרֶץ** possidebitis terram, i. e. expugnando illa vobis in possessionem cedet. Ita, Esaiā XIV. vers. 21. **הַבָּנִים לְבָנָיו מִמֶּנֶּם בְּעֵז אֲבֹתָם בְּלֹא יָקָמוּ וְיָרְשׁוּ אֶרֶץ וּמְלָאוּ** **חֶבְלֵי עָרִים** h. e. **Preparate filius ejus mactationem in iniquitate patrum suorum, ne consurgant & possideant terram atque impleant superficiem orbis civitatibus.** Vbi **יָרְשׁוּ** Targum reddidit: **וְיִחַסְנוּ** & occupabunt, nempe, ut possideant.

§. 9. כ. כ. *apta vit.* Psalm. XXI. vers. 13. *Nervis tuis הכונן aptabis (sagittas) contra faciem eorum, i. e. sagittas aptatas ejaculaberis.* Addimus huic radici aliam, nim. כלה *consumpsit.* Psalm. LXXIV. v. 11. כלה *consume, h. e. e medio sinus manum tuam extrabe, eademque extracta hostes consume.*

§. 10. ל. לקח. *Sumpsit.* Gen. XII. v. 16. וְתִקַּח *capta est mulier illa Pharaonis domum, h. e. capta in Pharaonis domum per ducta.* Ita Geneseos XV. v. 9. קַח-לִּי *accipe ad me.* Targ. קרב קרמי *affer coram me vitulam.* Ps. LXIIX. v. 19. לַקַּח מִתְנוּחַ בְּאֲרָם *i. e. accipiens dedisti seu distribuisti inter homines.*

§. 11. נ. נשא. *Tulit, accepit.* Genes. XLIII. v. 34. וַיֵּשֶׂא *accepit fercula de eo, quod erat in conspectu suo ad eos, h. e. accepta sive lata misit ad eos.* Insequitur וַיִּפֶץ *dispersus fuit.* Ps. CXXXVII. v. 9. וַיִּפֶץ *Dissipabit parvulos tuos ad petram, h. e. Dissipando illidet ad lapidem.* Tertium, a נ inchoans, quod nobis jam offertur, prægnaans verbum est נשך *momordit.* Amos. IX. v. 3. *Si occultarent se a conspectu oculorum meorum in fundo maris, exinde præciperem serpenti, וַיִּשְׁכֶם *morderet eos, i. e. mordendo illos tolleret.**

§. 12. ע. ענה. *exaudivit.* Ps. XXII. v. 22. *Et a cornibus unicornium עניחני exaudivisti me, h. e. exaudiens liberaisti me.* Sic Ps. CXVIII. v. 5. עֲנֵנִי *exaudivit me in lato, h. e. exaudiens me collocauit in lato.* Tale etiam est verbum ערג *glocitavit.* Psal. XLII. v. 2. *Sicut cervus הָעֵרַג glocitat ad alveos aquarum, h. e. glocitans seu clamans accurit.* פ. פרה. *redemit in pace animam meam; h. e. redimendo in pace collocauit:* Aut redemit collocans in pace. Nihilofecius duæ significationes concurrunt in verbo

verbo פתח solvit. *Esaiæ XIV. v. 17. Vinctos suos לא פתח ביה non soluebat domum, i. e. ut reuenterentur, seu reuersuros ad domum.*

§. 13. ר. רבץ accubuit. *Psal. CIV. v. 22. Exorto sole colligunt se ו ad habitacula sua ירבעון recubant, h. e. ad recubandum sese eo recipiunt. ו cantauit, contemplatus est. Esaiæ. LVII, v. 9. (aliis 13.) ו וְהַשְׂרִי ו contemplaris ad Regem cum unguentis, h. e. contemplata mittis ad Regem. Eadem synthesis est in verbo וטחטח mactauit, iugulauit. *Jer. XLI. v. 4. וַיִּשְׁחַטְמָם ו iugulauit eos in medio foceæ, h. e. iugulatos illuc projecit. Imo etiam in verbo ושמע audiuit Ezech. XIX. v. 3. וַיִּשְׁמְעוּ ו audiuerunt eum gentes, h. e. audientes gentes ad eum concurrerunt.* Ita vocabulum etiam hoc passim in sacris obuiat, ut μετὰ ληθισκῶς supponat auxilium. In ultima autem litera præstō est nobis וִהְמָה obstupuit. *Genes. XLII. vers. 33. וַיִּהְמֻהוּ ו mirati sunt homines illi alter ad alterum, h. e. mirantes respexerunt alter ad alterum.**

§. 14. Absoluto nunc ordine Alphabetico, reliquum est, ut plurimum τῶν διπλωτικῶν τέτων collectionem Lectoris industriæ cessuri, jam diluamus dubium, quod occasione hac objici posset. Videlicet: Si in sacro codice unum verbum duos significatis infert, sequitur, quod labefactetur simplicitas Scripturæ, atque hac ratione nervus incidatur nostro asserto, quod hæcenus tanto nisu, tanto molimine, tantoque zelo, unicum sensum contra Pontificios defendentes, sustinimus. Enimvero, si quis hæc oculo libet fugitivo, atque per transennam, uti dicunt, inspiciat; is facile tam futili ratione motus dubio huic manus dabit, pollicemque premet. Sed, ubi hæc ad penitientem lancem revocaverimus, satis superque videbimus, quod quamvis
indu-

induant *επαμφοτερον* nostra verba duplicem sensum, nihil tamen quicquam simplicitati Scripturæ officiant. Non ergo firmo stat talo sequela illa: Verba prægnantia duplicem involvunt notionem: Ergo simplicitatem sensus literalis tollunt. Vtut enim adsit duplex significatus; alius tamen est proprius, alius improprius. Enimvero ne hilum quidem demit significatus improprius sensui literali. Vti enim (crasso uti liceat simili) si mentio sit injecta urbis Romæ, vocabulum hoc non solum urbem & cives; verum etiam Papam, Cardinales, aliosque notat homines. Collective quippe sumitur: Sic etiam in verbis nostris prægnantibus unicum vocabulum, varia licet denotet, significationem idcirco simplicem, eandemq; propriam, non exuit. Sic vocabula exercitus, gens, &c. sunt collectiva; nec ideo tamen ob varietatem atque multitudinem rerum designatarum significationem propriam amittunt. Synthesis quippe (ad quam verba prægnantia refert Junius) frequens est Grammatica, quæ proprietati significationis in vocabulo nihil derogat. Factamen in verbis prægnantibus accidere tropum: Ecquid ille? Propriam sane vocabuli significationem præsupponit potius, quam tollit aut abolet. Tantum de verbis prægnantibus. Ea enim, quæ celeri equidem vix leviter pede strinxi, Lectoris ulteriori curæ & considerationi relinquo.

SOLI DEO GLORIA,



☉(7.)☉
verbo פתח solvit. *Esaiæ XIV. v. 17. V*
ביתח non solvebat domum, i. e. ut reverteretur
ad domum.

§. 13. ר. רבץ accubuit. *Psal. CIV. v. 2.*
gunt se & ad habitacula sua ירבען recubant
dum sese eo recipiunt. שר cantavit, cont
LVII. v. 9. (aliis 13.) ותשרי & contemplari
gventis, h. e. contemplata mittis ad Regem. Ea
verbô טחט machavit, jugula-vit. *Jer. XLI.*
gula-vit eos in medio foreæ, h. e. jugulatos
etiam in verbo שמע audi-vit *Ezech. XIX.*
di-verunt eum gentes, h. e. audientes gentes a
ita vocabulum etiam hoc passim in sacris
κῶς supponat auxilium. In ultima autem
bis τὸ ἤμαθι obstupuit. *Genes. XLII. vers. 33*
sunt homines illi alter ad alterum, h. e. miran
ad alterum.

§. 14. Absoluto nunc ordine Alphabeti
plurium τῶν διπλωτικῶν τέτων collectionem
cessuri, jam diluamus dubium, quod o
posset. Videlicet: Si in sacro codice unum
ficatus infert, sequitur, quod labefactetur
ræ, atque hac ratione nervus incidatur n
hactenus tanto nisu, tanto molimine, tan
sensum contra Pontificios defendentes, f
vero, si quis hæc oculo libet fugitivo, atque
dicunt, inspiciat; is facile tam futili ratio
manus dabit, pollicemque premet. Sed, ubi
lancæ revocaverimus, satis superq; videbitur

לא פתח
versuros

sole colli-
recuban-
Esaiæ.
cum un-
efis est in
& ju-
it. Imo
& au-
rrerunt,
εὐλαγησῶ-
δ est no-
& mirati
uni alter

n est, ut,
industria
ic oblici
os signi-
Scriptu-
o, quod
unicum
Enim-
nam, uti
bio huic
nitiozem
quamvis
indu-

